

X 1304814

V C  
624



L. 1



Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

Vc  
624

ELECTORUM SAXONIAE  
LUTHERANORUM

SYMBOLA

HEROICA,

Cum expositionibus Eruditorum variis, jucun-  
dis ac memorabilibus, collecta & edita

Studio.

L. GEORGII VVEISSII,

LEUCOPETRÆI,

Schriftfassicarum Ecclesiarum & Scholarum in Ephoria Weis-  
senseensi, Sangerhusanâ & Langensaltzensi, Saxo-Electoralis  
Inspectoris, ac Tenstadiensium Pastoris;

ANNO,

QVo Iohannes Georg IVs QVartVs, Saxo

Enslfer, pro VInClalLa prlMa prosperè agebat

Dresenæ.

---

DRESDÆ,

In Officina Typograph. Elector. Saxon. exscribemat  
Immanuel Bergen.



Prov. Salom. xxv, 10.

Ein Wort geredt zu seiner Zeit / ist wie guldene  
Apffel in silbern Schalen. B. Lutherus in Scholio  
marginali: Als Pomeranzen und Citronen.

*Multum delectant mala aurea, lance repostae  
Argyreae: Sed plus tempore dicta suo.*

Ecclesiast. Salom. xii, 11.

Die Wort der Weisen sind Spiesse und Nägel.

*Non adeo penetrant per acuta cuspide clavi  
Ac stimuli, ut penetrant Sapientum dicta virorum.*

Lucretius, lib. iii, v. 18. seqq.

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
Aurea, perpetua semper dignissima vita.*



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOH. GEORGIO

QUARTO,

JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, UT  
ET ANGRIÆ AC WESTPHALIÆ DUCI, SACRI  
ROMANI IMPERII ARCHIMAR-  
SCHALLO ET

ELECTORI,


COMITI PROVINCIALI THURINGIÆ,  
MARCHIONI MISNIÆ ET UTRIUS-  
QUE LUSATIÆ, BURGGRAVIO MAG-  
DEBURGICO, DUCALI COMITI HEN-  
NEBERGICO, COMITI MARGÆ, RA-  
VENSBERGÆ ET BARBY, DOMINO

RAVENSTEINI,

DOMINO MEO CLEMEN-  
TISSIMO.



**SERENISSIME AC POTENTISSIME.**



**ELECTOR,**

**DOMINE CLEMENTISSIME;**

primò, pacificè agere, oratione ac dedicatione ten-  
num Provincialium conventum, non sine successu o-  
ta, & nunc temporis primam Adelstimmorum Ordi-  
tionum myriadas, Electorale Regimen feliciter ingre-  
pudent, inter piorum votorum & fastidium acclama-  
animavit, ut serenissimæ Vestre Celsitudini, non ita  
Exemplum hujus Professoris laudabile me propeve  
ciet. Vid. Heiden Orat. volum. I. pag. 718, sedd.  
vela Domino vram tam, & spera in eum, & ipse  
& Prophetæ Regis, ex Psalmis nigredine scriptura  
Dante





Um, anno currentis seculi decimo quinto, inclytus Saxoniae Dux, Johannes Ernestus, Rem publicam capesseret, & primum ordinum provincialium conventum ageret, Wolffgangus Heiderus, Professor Jenensis, non habens, quod more ditiorum Subditorum, suo Principi donaret, quatuor utilissimas Sententias ex Sapiente Antiquitate selegit, selectas duabus Orationibus explicavit, explicatasque novo Patri Patriae, loco muneris, pie obtulit ac dedicavit.

Prima sententiarum illarum fuit Poetae Hesiodi, qui cecinit: *Dimidium est plus toto.* Altera Regis Antigoni, qui sacra faciens, *Deos, ut se ab Amicis potius, quam ab inimicis custodirent & servarent, precatus est.* Tertia Scipionis Africani, qui dicere consuevit: *Malle se unum civem servare, quam mille hostes perdere.* Ultima denique Davidis, Viri DEI & Prophetae Regii, ex Psalmo trigesimo Septimo: *Revela Domino viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet.* Vid. Heideri Orat. volum. I. pag. 718, seqq.

Exemplum hujus Professoris laudabile me quoque animavit, ut Serenissimae Vestrae Celsitudini, non ita pridem, inter piorum votorum & faustarum acclamationum myriadas, Electorale Regimen feliciter ingressae, & nunc temporis primum fidelissimorum Ordinum Provincialium conventum, non sine successu optimo, pacifice agenti, oblatione ac dedicatione len-

ten-

sententiarum utilissimarum, ex illustrissimis pectoribus haustarum, (cùm mihi genæ sortis Theologo, præter devotas preces, nullum aliud donum suppetat) humiliter obviam ire haud dubitarim.

Offero autem non *quatuor*, sed *novendecim* sententias: offero non vulgares, sed Heroicas: offero *Symbolicas & Emblematicas*, quæ scita & tessera omnium *Lutheranorum Saxonie Electorum* fuerunt, inclusa simul *Vestra Sereniss. Celsitudinis gnome Symbolicâ*: offero illas à diversis eruditis Autoribus præclare & jucundè explicatas, atq; ita Seren. *Vestra Celsitudini* devotione subjectissimâ dedico ac consecro. Clementissimè igitur accipiet illas *Vestra Sereniss. Celsitudo*, quia tot excellentiarum, Heroicarum, piarum, Deoque & bonis omnibus charissimarum ex *Electoralis stemmate Saxónico animarum Symbola memorabilissima* sunt.

Quod superest, Deum quotidie suppliciter invoco, ut Seren. *Vestram Celsitudinem*, una cum *Matre Regiâ & fratre illustrissimo*, longæ vitæ, sanitate corporis, dexteritate consiliorum, felicitate actionum, tranquillitate gubernationis, ubertate terræ, puritate Religionis, custodiâ Angelicæ defensionis, omnibusq; aliis bonis ac donis *Electoralibus* cœlitus gratiose donet, bebet, cingat accoronet! Scribebam *Dresdæ*, postrid. Calend. Martii. An. 1692,

*Serenissimæ Vestrae Celsitudinis*

*Devotus in CHRISTO ac fidelis Servus,*

**L. Georgius Weissius, Inspector**  
ac Pastor Tenstadiensis.





I. N. J.

FRIDERICI III. SAXONIÆ ELECTORIS.

TANTUM, QUANTUM POSSUM.

Ich will thun/ so viel ich kan.

V. D. M. I. Æ.



Eternas in Ecclesia militante ac triumphante laudes obtinet hic FRIDERICUS SAXO, verè *εισνοστος*, s. *dives pacis*, quòd primus omnium Germaniæ Principum, Regi gloria, Domino ac Salvatore nostro, JESU CHRISTO, *regionis sue portas*, non sine summo periculo, perlubenter ac fortiter aperuit, ut cum Evangelio suo, à Theandro Luthero voce & calamo revelari ac prædicari cœpto, feliciter intrare, multasque animarum myriadas, Papalibus tenebris ereptas, ad cœlestem lucem perducere potuerit.

Quamquam verò hic Elector FRIDERICUS, ob singularem Sapientiam, quâ toti Imperio profuit, Germanorum Nestor & Saxonum Salomon dictus habitusque fuit,

A 2 præ-

L. Georgius Weiffius, Inspector ac Pastor Testaments.

us  
ter  
ni  
  
en-  
bo-  
m  
sa  
a;  
ju-  
de-  
si-  
via  
nis  
o-  
ut  
&  
ris,  
li-  
adul  
nis  
in-  
nd  
  
lug  
OR



præterea etiam autoritate, opibus & potentia ita præstitit, ut à Senatu Electorum, *Imperator Romanorum* fuerit designatus; Majora tamen viribus & extra officii Sphæram posita, suscipere nunquam voluit, *eleganti Symbolo* hunc in finem usus: TANTUM, QVANTVM POSSVM: Ich will thun/so viel ich kan. Quod est *Symbolum Principis prudentis & vires suas considerantis*; Inquit D. Lutherus. Vid. Rosini vitam Friderici Elect. Sax. lit. G. Heideri vol. I. orat. pag. 249. Stybari tom. I. conc. funebr. illustr. pag. 133, seqv.

Voluit enim illo indicare, *munere se mandato fungi, pro viribus, rerum suarum satagere, & absque πολυπραγμοσύνη & ἀεργία, labores ordinarios ac necessarios suscipere; cætera verò omnia in Dei omnipotentis humeros conjicere*: Et, quod suo Symbolo indicavit, re ipsa quoque præstitit pius, prudens & felix Princeps. Vid. Joh. Agricolaë Proverb. Germân. part. I. pag. 38. & 48. Conf. Stybarum, cit. loco. Megalander Lutherus præclare hoc *Symbolum Electorale* explicat in commentario super cap. III. Ecclesiastæ Salomonis, hisce verbis: So fleißig hat kein Regent/noch, weiser auff Erden gelebt / der alles habe können rein machen., Wenn ein Herr / oder Regent / sich drumbs wolt zu viel angestren und martern / daß er nicht alles könt richtig / schlecht und recht machen / der hat nichts / den Jammer und Herzkleyd davon. Darum sollen Könige / Fürsten und Herrn ihr Amt mit allem Fleiß thun / Gericht und recht / und ihren Fürstlichen Rath / so viel inder möglich / bestellen / thun was sie thun können., das andere Gott befehlen. Was zu erheben ist / das sollen sie heben und ausrichten / sie sind darumb da. Den Stein / den sie nicht heben können / sollen sie liegen lassen. Vide scriptor. Lutheri tom. V. Altenburg. pag. 1217. D. Nicolaus Reufnerus sequentem Ejusdem Symboli exegesis ligatâ & solutâ oratione facit:

Si



Si **TANTUM, QVANTUM POSSUM**, præstabo laborem,

Sat reor: in magnis & voluisse sat est.

*Metiri se quemque suo modulo ac pede, vetum est: Ut re. Etè monet Flaccus. Nam, secundum Martialis illud,*

*Qui sua metitur pondera, ferre potest.*

*Stultitia verò est, ea tentare, quæ supra vires sunt, aut quæ effici non possunt, teste Fabio. Το γὰρ πολὺν αἰδύνατο, αἰδέεσθαι: Nam conari impossibile, est viri non sapientis: Ut est in Helenâ Euripidis. Pulchrè igitur Cato ille Romanus:*

**QVOD POTES, ID TENTES:** operis ne pondere pressus succumbat labor, & frustra tentata relinquant. Vid. Reusneri stemma Wittichindeum, pag. 43. Eiusdemque librum singularem Symbolor. Heroicor. pag. 40. Confer Heiderum, vol. I. orat. pag. 249. Ubi scribit: *Suam cum agnosceret imbecillitatem, & difficultatem Reipubl. gerendæ, Fridericus Elector, prioribus quidem annis, hoc usus fuit Symbolo: TANTUM, QVANTUM POSSUM: Sed posterioribus, illud Esaiæ sibi delegit: VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM. Quocum etiam ad beatam æternitatem & æternam beatitudinem transivit; juxta suavissimum S. Hieronymi dictum: Verbum Domini nostri, & hi, qui verbo sociati sunt, permanent in æternum. Vid. tom. V, oper. Hieronymi, edit. Froben. fol. 70, 6.*

**JOHANNIS I. SAXONIÆ**

**ELECTORIS.**

**VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.**

**H**ospes in Religione Augustanam Lutheranorum Confessionem ignorat, una cum stupendis Divinæ

A 3

poten-

Si



potentiæ operibus, quibus illa in toto terrarum orbe illustris, & contra inferorum portas munita atque invicta reddita fuit. Verè enim inter maxima mundi miracula, & singularia dona atque opera Dei, D. Lutherus hoc recensuit, quod unus Imperii Elector, nempe Dux Saxonie, JOHANNES, cæteris Collegis omnibus, quin ipsi etiam Imperatori, CAROLO V. tot regnorum Domino ac Monarchæ potentissimo, in Religionis negotio tam constanter se se opposuerit, & in fidei salvificæ professione, rejectis cultibus idololatricis, neglectisque omnibus minis ac periculis terribilissimis, tam firmiter perseveraverit. Vid. Joh. Rosinum, in vitâ Joh. Elect. Sax. lit. Q. 2. *Ille Semper JOHANNES IN EODEM, hoc est, idem qui semper, constans & immotus erat.* Quæ pietas insignis & in veræ doctrinæ confessione perseverantia, heroica, non immeritò ipsi cognomen CONSTANTIS peperit. Vid. Cornelii Crullii orat. Jubilarem primam, pag. 26. Testatur pietatem Ejus & amorem verbi divini etiam Symbolum *θεοτις*, quod à Fratре FRIDERICO Electore acceptum & electum ex magno numero sententiarum exquisitissimarum, à Georgio Spalatino collectarum, ipse per totam vitam usurpavit. Vid. Joh. Manlii Collectanea, pag. 419. edit. Basil. 1590. Rosini vitam Joh. Elect. Sax. lit. N. 12. Quod D. Nicolaus Reusnerus suo more, hoc est, poetice & oratoricè sic illustravit:

**SI VERBUM DOMINI MANET ÆTERNUM** *que manebit:*

*Scilicet est Verbo credere summa salus.* VXX. *cod. VXX.*  
 Petrus Apostolus in Epist. I. Symbolum hoc (quod, post Re-  
 purgatam Religionem, commune fuit FRIDERICO III. JO-  
 HANNI, & JOH. FRIDERICO, Ducibus Sax. Electori-  
 bus) ex Jesaiæ Prophetæ Capite. XL. mutuatus: *Omnis*

caro (inquit) fœnum est, omnisque hominis gloria est tanquam fœni flos. *Aret herba, caditque flos: at VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.* Sic & David, Prophetæ Regius, Psalm. CXIX. *Domine (inquit) in æternum permanet verbum tuum.* Rectè enim Augustinus: *Lex æterna est divina voluntas.* Et Basilius: *Finis mandatorum Dei est vita æterna.* Hactenus Reusnerus, in singul. lib. Heroicor. Symbol. pag. 41. Et in stemmate Wittichindeo, pag. 136. Conf. Stybari conc. funebr. illustrium part. I. pag. 139, seqq. Nec in ore tantùm & animo nunquam non tulit *Symbolum hocce Prophetico - Apostolicum* pientissimus Elector: Sed idem quoque in magnis Comitibus, Augustæ Vindelicorum M D XXX. celebratis (cùm Lutheranorum confessio, *Augustana* hinc vocata, CAROLO V. Imperatori exhiberetur) in manicis novarum tunicarum, quibus ministros suos aulicos tunc ornaverant, quinque literis acrologis, V. D. M. I. Æ. toreumaticâ arte scitè factis & assutis, publicè extare voluit. Vide D. Matthiæ Hoë *Evangelisches Jubel-Fest-Büchlein* / pag. 38. Qvi tametsi ab Adversariis Papicolis non semel hanc ob causam scurriliter traducti, sanisqve aculeatissimis sunt petiti: tantum tamen abest, ut pudore suffusi, tunicas & animos propterea abjecerint, ut summæ sibi potiùs gloriæ dederint, se in vestitu quoque publicè ostendere, quod in corde haberent ac crederent. Vid. Joh. Sauberti tractatum de Miraculis Augustanæ Confessionis, pag. 58. Et D. Casp. Finckii part. III. Postillæ gnomicæ, conc. XXV, pag. 272. Secuti postea sunt certatim exemplum sui Principis laudatissimum laudabili æmulatione subditi, quando sacrum ipsius Symbolum, templis, scholis, curiis, ædibusque privatis, latomorum partim operâ incidi, partim aureis, aliisque coloris literis à pictoribus appingi curaverunt.

Sudem

Sudem verò in cordibus & oculis Pontificiorum *hoc esse Symbolum*, testatur clarissimè historia Colloqvii Thorunien-  
 sis, in quo cùm D. Hülsemannus noster suam aliquando ora-  
 tionem hisce verbis heroicis conclusisset: *Denique fidu-  
 ciam ponimus nunquam extinguenda veritatis, in illo Majo-  
 rum nostrorum Symbolo: VERBUM DOMINI MANET  
 IN ÆTERNUM!* Carmelita quidam, Hieronymus à S.  
 Hiacyntho, rabiosâ audacia *istud Symbolum sanctissimum,*  
 Ejusdemque illustrissimos usurpatores, JOHANNEM &  
 JOH. FRIDERICUM, Saxoniae Electores, nec non u-  
 triusque ministrorum vestes & tunicas, in Comitibus Augu-  
 stanis olim honorificè gestatas, allatravit & contumeliosè  
 exagitavit, hisce horribilibus verbis inter alia quoque usus:  
*Verbum quidem Domini maneat in aeternum: At hoc Symbo-  
 lum, quâ nobis est, aut potest esse suspectum, ab hoc inclyto Re-  
 gno (Poloniae) exulet in aeternum!* Vid. D. Calovii, Histor.  
 Syncretist. pag. 450, seqq. Et Hartknochii *Preussische Kir-  
 chen-Historia/* pag. 650, seqq.

JOHANNIS FRIDERICI I.  
 SAXONIAE ELECTORIS.

I.

*FIDE, SED CUI?*

*Vertrau / und nicht zu viel.*

II.

*SPES MEA IN DEO EST.*

**Q**uo integrior, candidior & benignior hic Princeps  
 fuit, eò plures habuit osores, obtrectatores ac prodi-  
 tores, non modo foris apud externos, hostes Evange-  
 lii,

lis sed & domi inter suos, quos honestè aluit & multis beneficiis affecit.

*Heu, quos non casus, quos non tulit ille labores,  
Ob caræ pietatis opus, Vatisque LUTHERI  
Doctrinam, æthereæ renovatam è sedibus aulae?  
Quis faciem illius secli, quis tristia fando  
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolorem?*

Meritò cum celeberrimo Poëta, Nicodemo Frischlino, ex carmine ipsius panegyrico, de quinque Ducibus Saxonie, hîc exclamamus. Hinc paulo antepælium Mühlbergen- se (in quo, pro LEGE & GREGE, sub tessera militari: VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM! fortiter pugnans, proditoriè circumventus, captus, & Imp. CAROLO V. traditus fuit) infidos socios hisce verbis tetigit: Ich bin seliger / denn Christus. Denn Christus hat nur einen Verräther über Tisch gehabt: Ich aber habe der Verräther viel über meiner Taffel gehabt. Vide Stybari part. I. conc. funebr. illustr. fol. 215. Joh. Wolffii Lect. Memorabil. tom. II. p. 151. Et imprimis Hortlederum de bello Confœderat. Schmalcald. tom. II. cap. LXIX. pag. 569, seqv. & cap. LXXXI. p. 630. Perfidiam igitur ingratiſſimorum cuculorum expertus & detestatus pius Heros, *Symbolum hocce*, frequentavit: VIDE, SED CUI? Bertram / und nicht zu viel. Vid. Hortled. cit. lib. pag. 584. De illo N. Reusnerus, lib. sing. Symb. Heroic. pag. 42. & in Stemmat. Wittichind. pag. 136. ita differit:

*FIDÈ quidem, SED CUI? nam fidere censeo nulli  
Fas hominis præstat fidere nempe DEO.*

*FIDÈ, SED ante vide, cui tutò fidere possis:  
Et quia non tutum est fidere, fide DEO.*

B

Cre-

*Credulitatis facilitas pessima est, teste Bernhardo. Itaque nemo Sapiens ferè credit ei, nisi quem fidelem putat. ut M. Cicero scribit. Perditissimi autem hominis est, & amici suam dissolvere, & fallere eum, qui lesus non esset, nisi credidisset. eodem autore Cicerone. Sic quoniam, secundum Pœtam,*

*Candor in hoc ævo res inter mortua penè est: Sanè res est tutissima, uni Deo fidere: mundo autem immundo diffidere plurimum: in quo vix ulla fidei umbra amplius reliqua esse videtur.*

*Posterius Symbolum, quo in captivitate quinquennali, potissimum sese erexit sanctissimus Elector, cuique addere consuevit frequens apophthegma, ex tertio Orationis Dominice gemitu haustum; Dies SOZ gefalle / so gefalle mir auch! (vid. Hortled. tom. I. p. 74. & tom. II. p. 572. Adamus Cuslevius, lib. I. Select. carm. sequentibus versibus insigniter explicavit:*

*Dum nil sperandum, sperabam firmiter; & spes Me non fefellit in malis.*

*Captus eram, capitis damnatus, & omnibus orbibus Bonis: Sed orbis haud DEO.*

*Hic me Victorem fecit Satanæque Papæque, Meorum & hostium omnium.*

*Fortiter hunc tenui Summo in discrimine rerum. MEA SPES MEO IN DEO fuit.*

*Martyr ego electus, nunc omnia damna triumpho, Et gaudio æterno fruor.*

*Felix ille, SUAM qui SPES pius usque locare Consuevit IN DEO SUO!*

*Opprimitur nunquam, quamvis male in orbe premitur, Sed vincit in DEO SUO.*

De



De pio apophthegmate, wies Gott gefällt/ so gefällt mirs  
 auch/ quo Magnanimus hic & invictus Elector se totum di-  
 vine voluntati tradere solitus fuit, integra & Spiritu ple-  
 na extat cantilena, octo strophis constans, quæ vulgò Electo-  
 ris Job. Friderici hymnus, Churfürsten Johann Friedrichs  
 Lied/ appellatur, & à piis Crucigeris in Lutherana Ecclesia  
 frequenter ac devotè canitur.

**MAURITII, SAXONIÆ  
 ELECTORIS.**

I.  
**FORTES FORTUNA ADJUVAT.**

Vielleicht glückt mirs auch.

II.  
**HIS ARTIBUS.**

So muß mans machen.

III.  
**IN MVNDO PRESSVRAM HABEBITIS:  
 SED CONFIDITE, EGO VICI MVNDVM.**

**M**agnus Princeps Mauritius fuit, & longè major  
 futurus, nisi, quæ ætate vitæ hujus fabulam peregit  
 Alexander Magnus, & ipse, pro lege & grege, pro  
 aris & focis, acerrimè pugnans, oppetiisset Omni-  
 nò enim, si ætatem & animum, factaque heroica & felicia  
 spectes, non modò cum Majoribus suis summis ac fortissi-  
 mis, HENRICIS ac OTHONIBVS, Imperatoribus lauda-  
 tissimus; verum etiam, quoad ætatis & gubernationis spa-  
 tium, haud indignè per omnia Alexandro illi Magno com-  
 paran-

parandus venit, excepto ethnicismo. Vid. Fabricii Saxonia illustrata lib. IX. p. 110. Confer. Heideri tom. I. Orationum, pag. 14.

Fabulosa Græcia mirum quantum prædicat *duodecim Herculis labores heroicos*, seu celebria certamina, quæ in proverbium abierunt. Vide Adagia Erasmi, pag. 628. seqq. edit. Froben. Taubmanni comment. in Plautum, p. 118. Et librum peculiarem Gyraldi, *de Hercule & ejus laboribus*.

Ast longè rectiùs nostra Saxonia, imò totum Imperium, Mauritii Electoris *Duodecim expeditiones bellicas*, quas pro salute patriæ, & Ecclesiæ CHRISTI incolumitate, animositate ac fortitudine incredibili suscepit, susceptasque felicitate admiranda finiit, & hinc immortalem gloriam sibi peperit, grato ac veraci ore celebrat. Vid. Dresseri orat. de Mauritio Electore, additam Quartæ parti Itagoges Histor. pag. 623, seqv. Hanc ob causam circa ipsius Mausoleum, à Fratre Augusto, successore augustissimo, Fribergæ magnificentissimè extructum, meritò collocatæ sunt *Duodecim effigies mulierum*, specie lugubri tabellas & calamos ad manum tenentes, dejectis in terram oculis, & tali habitu gestuque, ut meditari videantur aliquid, quo mortui Electoris Mauritii fama bona, egregiaque facta, & præsentibus & posteris prædicanda, commendenter. Quas esse *M. V. S. A. S. H. NOVEM & GRATIAS TRES*, tacilè intelligi potest. Vide M. Davidis Schirmeri *Conditorium Saxonicum Fribergense*, Latino Germanicè edit. an 1619. p. 27. Et Laurentii Fausti *Erklärung des Churfürstl. Sächs. Stamm-Baums*, pag. H. 244. seqv. A teneris Mauritius arsi heroica cupiditate res maximas gerendi, adeoque, sub præceptore Johanne Rivio, quem valde dilexit & amplissimis muneribus ac honoribus ornari, adhuc puer in ore gestit *Symbolum FORTES FOR-*

FOR-

**FORTVNA ADJUVAT.** Nullam igitur occasionem ardua *fontiter* aggrediendi neglexit, nec fortunam adversantem, sed mirè propitiam ac faventem est expertus. N. Reufnerus sequenti discursu Symbolum istud explanat optime:

**SI FORTES FORTVNA JUVAT: duce Numine  
FORSAN  
FORTVNATVS ERO, si modo FORTIS ERO.**

\* \* \*  
*Fortunam sperare licet, dum vivitur, æquam:*  
**FORSAN ET EST VOTIS ÆQVA FVTVRA  
MEIS.**

Fortunam laudare, stultitia; invocare, impietas; vituperare, superbia est: Sed amplexari eam & reverenter habere, summa profectò prudentia est. Plerumque enim, auctore Livio, fortuna virtutem sequitur: & secundum Tullium, fortitudini fortuna adjumento esse solet: licet nemini, teste Seneca, tam dedita est fortuna, ut multa tentanti ea ubiq; responderent. Quod si igitur virtuti non semper fortuna comes est: æquo ea ferenda est animo: præsertim, quæ à culpa abest, ut monet Tullius. Quippe cum fortuna ruere, dementia est, teste Fabio. Vid. Reufnerilib. fing. ymb. Heroicor. p. 43. Conf. Taubmanni comment. in Virgil. p. 923. Hactenus de primo. Alterum Mauriti Symbolum fuit emblematicum, navis scilicet in mari, quam impetuosè appropinquans Balena evertere voluit, sed objectis dolis ac cistis delusa, ingentibus suis atque noxiis ausis excidit, adject. Epigraphe: **HIS ARTIBVS; Somus mans. machen.** Uti cœpit sagacissimus Heros isto symbolo, cum in Imperio status esset turbulentissimus, & Germanica libertas, unâ cum Protestantium Principum ac urbium salute, in acie novaculæ versaretur, Carolo V. Imp. ubiqve triumphante, & cum

B 3 suis

suis Hispanis, aliisque Romanæ Thaidis basiatotibus rabio-  
 sis, tam Quintam Monarchiam, quam Evangelicorum even-  
 sionem meditante. Erant miræ Mauritiæ artes, quibus &  
 hostem tractare, & negotia expedire sua, ad unguem nove-  
 rat; scribit M. Vitus Beloldus in orat. de fortitudine ac,  
 prudentia Elect. Mauritiæ. Jacobus Typotius, Historicus  
 Cæsareus, tom. II. Symbol. Emblematicorum, p. 89. de no-  
 stri Mauritiæ Symbolo ita differit: Balena est, ut ipse cernis,  
 si de facie nosti: ora enim in fronte collocat Plinius, & hæc  
 sunt, quibus superna tante aquæ nimbos efficit. Sed quid do-  
 lia? pile? bacilli? Hæc belluæ obijciunt Nautæ. Tantilla tan-  
 te? Sic ferunt. Et dum in hæc vires vanè exercet, Nautæ ve-  
 lis & remis effugiunt discrimen. Unde hæc nota Mauritio, ho-  
 mini Mediterraneo? Fando, vel utendo, non mari, sed terræ,  
 magis turbatâ, quam ullum mare. Quid ergo sentit, dum hæc  
 pingit? Potentioribus illudendum, non aperto Marte congre-  
 diendum esse. Hinc est, quod adjiciat: HIS ARTIBVS. Quas  
 artes fallendi si ipse caluit, Historia ejus temporis (quid ego te  
 & me fatigem?) satis testatur. Harmonicè consentit cum  
 Typotio Ludovicus Camerarius, quando de Mauritiano  
 Symbolo, HIS ARTIBVS, in centuriâ Quartâ Symbolor. &  
 Emblematis, p. 2. & seqv. ita eleganter scribit: Cete quedam,  
 & quas vulgò balenas vocant, tantæ esse magnitudinis, in-  
 comperto est, ut naves etiam, quamvis prægrandes, evertere ac  
 pessundare valeant, & Oppianus in halievticis idem affirmat.  
 Tradunt autem quasdam ex istis, cum naves recens picate  
 sunt, sentire illum odorem, eoque attractas affricare se navibus,  
 atque ita, ni præcaueatur periculum, illas evertere. Nautæ  
 igitur picata dolia illis obijciunt, cum quibus dum ludunt, illi  
 effugiunt. Ferunt hoc Symbolo usum fuisse Maximum Hero-  
 em, Mauritium Saxonie Ducem, cujus excelsus animus, & im-  
 primis illustres virtutes bellicæ ad omnem posteritatem erunt  
 cele-

celebres. *Fieri autem potest, ut prudentissimus Princeps in-  
nuere voluerit, non temere occurrendum, sed oblundendum esse  
potentioribus, si illorum vim & insultus aliter vitare & fran-  
gere nequeas.* Nam profecto, secundum *Paccuvii* illud,  
Cum contendi nequitum est, clam tendenda est plaga.  
Neque etiam illud *Spartani Regis* apud *Plutarchum* apoph-  
thegma, de leonina & vulpina pellis usu, ignotum est. Refertur  
denique, huc possunt egregia illa belli furtiva & strategemata,  
ab omni prorsus reprehensione, secundum *Valerium Maximum*,  
remota, per quae, ut *Thucydides* loquitur, τὸν πολέμου κολίσι αὐ-  
τῶν ἀποδύσασθαι, τὰς φάλαγγας αὐτῶν ὠφελήσασθαι, hostes maxime deci-  
pantur, & amici plurimum juvantur. Verissimum igitur est  
*Polybianum* illud apud *Suidam*: *ἡλικία ψυχῆς τῆς ἀπορίας πολυχέ-  
ρας ἐν πολέμῳ κερδιστικῶν ἀπορίας.* Unius mentis solertia aliquan-  
do efficacior, quam mille manus. Docere etiam potest hoc *Sym-  
bolum*, imminente gravi aliquo periculo, omnem honestam esse,  
rationem expediendae salutis, & vite servandae causam, insu-  
per habendas omnes divitias. *Vere* namque *Alceste* apud  
*Euripidem* ait: *ἡλικία ψυχῆς τῆς ἀπορίας πολυχέ-  
ρας ἐν πολέμῳ κερδιστικῶν ἀπορίας.*

Nam nihil est vitâ pretiosius.

Ut te ipsum & navim ferves, comitesque pericli,

In pontum cunctas abjice divitias.

Præter duo jam explicata *Symbola Politica*, *Mauritius* no-  
ster *Magnus* frequentavit quoque tertium *Theologicum*, seu  
*Biblicum*, ex ore *Salvatoris* *Joh. XVI. vers. ult. defumptum*:  
IN MUNDO PRESSURAM HABEBITIS: SED CONFIDITE,  
EGO VICI MUNDUM. *Hæc verba* *JESU* valde dilexit, il-  
lisque ærumnas suas & certamina continua, velut quodam  
melle aut saccharo, obduxit & sva via reddidit. Quoniam  
enim temporibus periculosis, *Christi Evangelium* a-  
mavit,

abio-  
e ven-  
us &  
ve-  
e ac,  
ricus  
e no-  
ernis  
hic  
id do-  
atan-  
e ve-  
o, ho-  
erra,  
in hac  
ingre-  
Quas  
ego te  
cum  
tiano  
or. &  
edam,  
is, in  
ere ac  
mat.  
icate  
vibus,  
vante  
nt, illi  
Hero-  
im-  
erunt  
cele-



mavit, promovit, ac defendit, *ictus atque plagas multiplic-  
ces expertus fuit*; Er hat darüber allerley Püffe und Anstös-  
se erlitten; uti loquitur Erasmus Sarcerius, Theologus agre-  
gius & imperterritus, in concione funebri Mauritianâ, Lip-  
siæ an. 1553. habitâ, quam vide apud Stybarum, tom. II. conc.  
funebr. illustr. fol. 75. Hinc mundi pertasus iniqui, Pau-  
lo ante agonem ultimum, ad animæ suæ curatorem, Johan-  
nem Weissium, qui mundi pravitatem & cœli svavitatem ex  
sacris literis decumbenti ostenderat, hæc verba pronun-  
ciavit: Wer wolte gern leben/ ist doch kein Glaube/ noch Treue/  
schiefer mehr auff Erden? Und ferner mit grossem Ernst gen Hütel  
gesehen und gesprochen: Ach/ lieber GOTT wiltu nicht schier kom-  
men? Vid. Stybar. cit. lib. fol. 59, b. Hoc Symbolo Mauri-  
tiano consolatus quoque fuit Joh. Georgium I Saxonix Ele-  
ctorem gloriosiss. in fatali lectulo, D. Jacobus Wellerus, su-  
premus tunc Dresdensis aulæ Concionator, sicut ipse scribit  
in Chur-Sächsischer Ehren-Cron/ pag. 82, & 293. Conf. Josua  
Stegmanni Christognosian, part. II. p. 117.

AUGUSTI, SAXONIÆ  
ELECTORIS.

TE GVBERNATORE.

TANDEM BONA CAUSA TRIUMPHAT.

III.

Erhalt uns/ Herr/ bey deinem Wort.

**H**ic Vir, hic est, quem Saxo potens, quem candide Misni,  
Supra homines, supra ire Deo spietate, videbas.

Hic

*Hic est, qui morem nobis, ritusque sacrorum  
 Restituit, fecitque pios uno agmine jungi:  
 AVGVSTVS Princeps, Divum genus, aurea terris  
 Secula qui patriis antiquâ lege reduxit.  
 Nec Dux Saxonicâ quisquam de gente vetustos  
 Extulit in tantum proavos, nec Misnica quondam  
 Ullo se tantum jactavit Principe tellus.  
 Nam sibi victrices quascunque labore paravit  
 MAVRITIVS palmas, quacunque ex hoste tropæa  
 Rettulit, hæc pietas AVGVSTI Candida vincit.  
 Quid loquar, ingenuas ut fautor amaverit artes  
 Magnarum largitor opum, largitor honorum?  
 Ut precibus lenis fuerit, nec fontibus asper?  
 Ut plebi tutor, patriæ defensor, egeno  
 Perfugium, tristi solamen, gloria leto.*

Hoc enim elogio pientissimum Augustum meritissime ornat Nicodemus Frischlinus, oper. poëticor. parte Epicâ, p 412. Tempus fuit turbulentissimum & bellis civilibus plenissimum, quo Princeps optimus ac pacis Studiosissimus, Electoratus regimen, sublato per mortem fratre Mauritio, accepit & subivit. Et licet de omnibus præclare mereri studuerit, permultos tamen & magnos hostes, *etiam inter suos familiares ac subditos*, subindè habuit, à quibus tam violenter, quam fraudulenter fuit impetitus, semper autem divinitus custoditus ac servatus. Thomas Stybarus, tom. II. conc. funebr. illustr. fol. 182. b. pericula sic describit: Dieser löbliche Churfürst Augustus ist fälschlich und untreulich von etlichen seinen fürnehmsten Hoff-Dienern gemeinet worden / denen er doch alles gutes erzeiget / und sie zu grossen Ehren und stattlichen Landstücken und Gütern erhoben hat / auch von vielen ihm oftmahls nach dem Leben gestanden / mit Gifft / Büchsen-  
 C schüs-

pli-  
 tōsa  
 gre-  
 lip-  
 onc.  
 au-  
 han-  
 n ex  
 un-  
 eue/  
 mntel  
 om-  
 urt-  
 Ele-  
 su-  
 ribit  
 sua  
 AT.  
 Hic



Schiffen/ und andern heimlichen Nachstellungen nachgetrachtet worden/ welches ihm nachmahls ist offenbahr und kund worden/ und seynd Ihm dieselben in seine Hände bracht worden/ und hat endlich fast der keiner ihm entwerden können/ sondern, ist seiner Feinde mächtig worden; Welches S. Churfürstl. Gn., und andere für eine besondere Gnade Gottes geachtet/ und gerühmet/ und dafür dem allmächtigen Gott billich gedancket. &c. &c. Perfacili conjectura hinc assequi licet, cur Augustus sibi Symboli loco elegerit *navem, portum jam jam ingressuram, adeoque ab insequentibus hostibus frustra oppugnatam, in cuius velo imago CHRISTI crucifixi, cum superscripto lemmate: TE GUBERNATORE.* N Reusnerus illud sequentibus versibus ac sententiis optimis ita explanavit:

*TE, CHRISTE, vela pando per maris vias,*  
*TE, inquam, GUBERNATORE, & auspice, & duce;*  
*Tu dux & auctor solus & es vitae, DEUS;*  
*Tu tutor es salutis & custos meae;*  
*Provincia tu rector & praeses bonus.*  
*Sic, TE GUBERNATORE, tutus navigo.*

Chrysofomus super Matthæum, enarrans Sanctæ Ecclesiæ naviculam, in quâ pii homines cum Domino undosum hunc supernatant mundum: *Habemus, inquit, pro mari mundum: pro navi Ecclesiam: pro velo pœnitentiam: pro gubernaculo crucem: pro Nauta Christum: pro vento Spiritum Sanctum.* Et ibidem Rabanus: *Mare est æstus seculi; Navicula, arbor crucis: cuius auxilio fideles, CHRISTO duce & GUBERNATORE, superatis huius mundi fluctibus, perveniunt ad cœlestem patriam, quasi ad littus securum: in quo vera est & perpetua vitæ tranquillitas.* Vid. Reusn. l. sing. Symbol. Heroic. p. 44. Et stemma Wittichind. pag. 142. Typo-



potius verò cit. tom. II. Symb. Emblematicorum, sub S. Hierographia Electorum, pag. 89. Symbolum hoc Augusteum sic illustrat: *Quid novi video? Ex aqua Navis, quæ jam ad terram appulit, nequidquam oppugnatur (ab equitibus armatis insequentibus) Illa enim in vado est: Hi furore suo pereant, ni absistant cæpto, est necesse. Sed QVO GOVERNATORE res suas in tuto collocavit? CHRISTO, cujus imaginem, ut cruci peccata nostra suffixit, in velo vides.* A Joannis Friderici, qui cum Landgravio Hæssie bellum gessit contra Imperatorem Carolum V. oppugnatus est pro sapia. De hac victoriam, uti debuit, refert acceptam Deo (AUGUSTVS) Est etiam nunc grata populo illius memoria. Hæc de primo. Alterum Symbololum assumpsit, cum bellum Gothanum, à Ferdinando I. & Maximiliano II Imp. seriò in junctum, feliciter confecisset, & Wilhelmum Grumbachium, centaurum illum Francum, ut à Davide Chytræo in Chronico Saxonie, pag. 627. vocatur, (cujus instinctu & Diabolicis consiliis seductus, bonus alioqui princeps Joh. Fridericus II. Dux Saxonie, dira & horrenda contra Augustum Elect. pertinaciter molitus fuit) cum factiosis ac sceleratis Complicibus, pacis publicæ juratis turbatoribus, delevisset. Vid. Fabricii Saxon. illustratæ lib. IX, p. 120. seqq. Jacobi Augusti Thuani Historiarum sui temporis l. XLI, p. m. 546. usq; ad p. 555. Conf. Joh. Bechereri Chronicon Thuringicum, p. 555, seqq. Et scriptum Longobardicæ anno 1685. à Joh. Casp. Bachmanno, sumptibus Augusti Boëtii, excusum sub titulo: *Merckwürdige und aufferlesene Geschichte von der verübinten Landschaft Thüringen/ cap. XXXI. pag. 470 seqq.* Vallenses enim cudi curavit, quos vulgò *Taleros Gothanos* vocant, quorum altera facies hanc inscriptionem habuit: *M. D. LXVII. Gothâ captâ, supplicio de Imperii hostibus sumpto,*

sumpto, ceterisque fugatis, **AUGUSTUS, D. Saxon. Elector.**  
**F.F.** Altera verò hanc: **TANDEM BONA CAUSA TRIUM-**  
**PHAT.** Cujus explicatio apud N. Reufnerum, lib. sing.  
 Symb. Heroic. p. 45, & in Stemm. Wittich, p. 143. ita habet:

*Non vis, aut numerus, TANDEM BONA CAUSA TRIUM-*  
*PHAT:*

*Victrix causa Deo, sit modo justa, placet.*

Bernhardus, de novâ militiâ inter alia scribens: *Si bona*  
*(inquit fuerit causa pugnantis, pugnae exitus malus esse non*  
*potest: Sicut nec bonus judicabitur finis, si causa non bona, &*  
*intentio non recta præcesserit.* Sic nimirum in bonâ causâ  
 bono decet esse animo, ut Sophocleum illud monet:

*Εὖν τὸ δίκαιον μέγα ἔστι Φοβεῖν,*

*In causa justa decet esse ingenti animo.*

Et alterum hoc ejusdem:

*Τοῖς τοι δίκαιος ἔ ὁ βραχὺς νικᾷ μέγαν,*

*In causis justis etiam parvus vincit magnum.*

Cui respondet Euripideum illud:

*Εἷς τοι δίκαιος μνηστῶν ὄσα ἐνδίκων*

*κεφαλῆ, τὸ θεῖον, ἔ δίκαιον τε σὺν δαβῶν.*

*Unus vir justus innumeris injustis*

*Præstat, Numen & fas complexus.*

Typotius mentem suam de hoc Symbolo hisce verbis ape-  
 rit: *Decussi formâ Principes Saxonie geminant enses. Hoc*  
*insigne gentilitium Augustus, Dux Saxonie, geminis ramis*  
*lauri includit, nisi quâ parte fastigium tenet septemvirale teg-*  
*men (bis oben auff den Ehr. Huth.) Et ne dubitemus, quid ve-*  
*lit, Symbolum adjicit: TANDEM BONA CAUSA TRIUM-*  
*PHAT.* Fratri profectò, cui erat invisus, supervixit, &  
 posteris reliquit. Geminum verò errorem historicum

hci

hic errat Typotius; *unum*, dum omnibus Saxoniae principibus, gladios duos decussatim positos, ut *insigne gentilitium*, attribuit, cum illi non nisi Electoribus Saxoniae, ut *Electoralis tessera*, (unde *Ensiferi Imperii* dicuntur) competant. Vide Joh. Limnæi Juris Publ. l. III c X §. 29. Jacobi Wilhelmi Imhoffii *Notitiam Procerum Imperii*, pag 98. Et *Mercurium Germanum Sinceri Germani à Lapide*, pag. 300. *Alterum*, quando Augustum fratri Mauritio invisum fuisse scribit quod tota Saxonia ignorat. Contrarium publica historiatarum monumenta asserunt, & Mauritium Augustumque *fratrum par amabile ac conjunctissimum* fuisse docent. Ad ipsum Augustum Electorem Nicolaus Leutingerus, in oratione gratulatoriâ de ipsius & Agnetis Hedwigis, principis Anhaltinæ, Nuptiis, ita scribit: *Quis nescit, aliena te non appetivisse, sed contentum Provinciâ, licet in specie non adeo copiosâ & amplâ, cum fratre Mauritio suaviter, jucundè & amanter vixisse?*

De tertio Symbolo Augusteo, Laurentius Faustus, pius Theologus ac diligens Historicus, in *Erklärung des Stamm-Baums der Chur- und Fürsten von Sachsen* / p. 201, & seqq. ita differit: Unten ( loquitur de loculo Electoris stanneo ) am Creuz zum Füssen Christi stehet das Churfürstl. *Symbolum*, und eigener Kenn-Spruch / welchen S. Churfürstl. Gn. stets im Herzen und Munde geführet / und aus dem Propheeten Jeremia 15. Cap. genommen:

**Erhalt uns / Herr / bey deinem Wort!**  
 Wie denn hohe Personen im Brauch haben / daß Ihm jedere einen sonderlichen Reym / oder Spruch / zu Erklärung seines Gemüths und Glaubens / zum Gedächtniß zuignet / und zu brauchen pflegt.

Es hat aber unser seligster Churfürst / durch solches *Sym-*  
*bolum*

bolum und Losung wollen zu verstehen geben/das stets sein Gebeth und inniglicher Wunsch gewesen/ das Gott mir den theueren Schatz seines seligmachenden Worts/ als seines und aller Christlichen Herzen einige Freude und Trost/ in seinem Churfürstenthum und Landen/ ja rein und unverfälscht erhalten/ ihm für und für eine Kirche und Gemeine/ unter uns und unsern Nachkommen/ zum Eigenthum sammeln/ und die Schafschere seiner Wende/ für aller Tyrannen und Kaiser feindlichen Anschlägen/ gnädig behüten und bewahren wolte. 2c. 2c.

## CHRISTIANI I. SAXONIÆ

ELECTORIS.

*FIDE, SED VIDE.*

**Zeau und Schau.**

**E**T Mauritium patrum, & Augustum parentem, optimus hic ac generosissimus princeps retulisset, nisi vitam ipsi fata in ætate florentissima decurtassent. Talia enim ac tanta virtutum illustrium edidit specimina, ut à subditis obsequiosè amatus, & ab exteris eximiè cultus, ac frequentibus legationibus visitatus fuerit. Vid. Fabricii Sax illustrat. lib. IX. pag. 135, edit. Lips. 1606. Rapere ipsum ad Religionem sequiorem omni conatu, sed dolose ac miris technis & circumventionibus tecto, voluerunt quidam perfidi consiliarii, Politici atque Theologi, qui ferè à latere ipsius non discesserunt. Accuratè enim caverunt, ne quis ad Principem admitteretur, qui non ex ipsorum ore loqueretur. Loco ergò movebant omnes tam Politicos, quam Ecclesiasticos, quos suis conatibus obstare animad-

ver-

vertebant. Vasta & inversa reddebantur omnia, in pro-  
cellâ ista periculosissimâ: senes juvenibus, usu periti im-  
peritis, benè meriti hominibus nullius meriti ac pretii ce-  
dere cogebantur: eruditi & sapientes soli habebantur, qui  
socios se novorum consiliorum præberent, & *in extirpan-*  
*do Lutheranismum atque abolendâ Formulâ Concordiæ,*  
omnem lapidem moverent.

Sed unum adhuc, quod in præcipuâ parte ponendum  
erat, desiderabatur, *Dei nempe voluntas, & Equestris Ordi-*  
*nis assensus.* Putabant enim satis sibi esse, si Principem  
optimum fallerent, ejusque facilitate nequiter abuterentur.  
Dei verò prorsus obliviscebantur, nec in ista splendida for-  
tuna sua *Nobilitatem Provinciale* ullo oculo respiciebant,  
quæ tamen mutationem omnem tam doctrinæ, quàm rituum  
Ecclesiasticorum penitus detestabatur. Nec rationem  
aliquam habebant votorum & precum tot piorum homi-  
num, senum & juvenum, virorum & mulierum, *Theologorum,*  
*imprimis & Ministr. verbi constantium,* qui exorare Deum  
non desistebant, ut impendentem mutationem, tanquam  
tempestatē horrendam, clementer averteret. Audiit igitur is  
suspiria continua & gemitus ardentissimos, & de spe conatuq;  
omni *Novatores istos nocentissimos* adeò depulit, ut fraudes  
ipsorum ac machinationes Sinonias pius Elector deprehen-  
derit, damnaverit, & in doctrinæ Lutheranae Confessione,  
placide tandem ac beatè exspiraverit. *Hæc recordari pium*  
*est & necessarium, ut magnitudo divinæ gratiæ & clementiæ*  
*erga nostram Saxoniam cognoscatur, pro eâque gratiæ illi à*  
*nobis & posteris agantur. Tum ut caveri etiam ac vitari talia*  
*deinceps studio ius possint.* Vid Dresseri part. IV. 1 sag. Hist.  
pag. 475. seqq. D. Mylii Synopsis Comœdiæ Misnicæ. B 2.  
seqq. D. Polycarpi Lyseri Senioris *Ehren-Rettung wider D.*  
*Krel-*

Krellen verkapte Freunde/ p. 9, seqq. Ejusdemque *Brevem quidem, at veram ac fidam narrationem de vita atque obitu Christiani I. Elect. Sax. lit. C 3, seqq. Joh. Bechmanni Orat. funebr. de Domina Sophia, laudati Electoris vidua, lit. E. 2. 3. & F 3. Nicolai Blumii conc. funebr. de D. Nicol. Krellio decollato, p. 1, seqq. Ejusdemque & Collegarum Examen examinis Pieriani, p. 29, seqq. 123, seqq. 195, seqq. 234, seqq. Hisce prolegomenis fons Symboli Electoris Christiani, FIDE, SED VIDE, recluditur. Hæc verba enim non modò super insignia sua Electoralia pingi ac sculpi curavit, unà cum imagine Leonis, clausis oculis vigilantis, armisque Saxonicis incubantis: Sed in Clinodiis quoque aureis, quibus, membra societatis suæ aureæ donare consuevit, ut fidelitatis tesseram, inserta habuit atque gessit. Qua de re Stybarus, tom. II. conc. funebr. illustr. fol. 241, b. ita disserit:*

Unser Gnädigster Churfürst und Herr hat zur Anzeigung seines gnädigsten Gemüths und Willens/ und zu steter Erinnerung (præstandæ fidelitatis) jeden (quem in societatem suam auream assumpsit) mit einem güldenen Kleinot/ an einem güldenen Kettlein/ welches die güldene Gesellschaft genant/ verehret/ das sie stets/ so wohl auch der Churfürst selbst/ angetragen. Es war aber auf dem Kleinot in der mitten auf beyden Seiten/ ein durchsichtig roth Herz/ dadurch ein Schwert und Pfeil gesteckt/ und auf dem Herzen auf einer Seit die Tugend Fides, in der rechten Hand ein Crucifix haltende/ und unten ein Kelch/ umb das Herz stehen diese Wort: Virtutis amore. Uberm Herzen ist eine TRU/ mit einem rothen Kettlein/ und stehet darauff S. Churfürstl. Gn. Symbolum, F. S. V. die bedeuten die Wort: Fide, Sed Vide, TRU und SEHU. Auf der andern Seiten/ stehen auffm Herzen die Tugend/ Constantia, Beständigkeit/ welche bey ihr hat einen Anker/

Ancker/ und auff beyden Seiten im eusersten Zirckel die Wort:  
 Qvi perseveraverit usque ad finem, salvus erit, wer beharret  
 bis ans Ende/ der wird selig. Was nun der fromme treuher-  
 zige Churfürst hiermit gemeinet/ und seine Vertrauteste erin-  
 nern wollen/ kan ein ieder leichtlich selbst verstehen. Hæc ille.  
 Laudatus sæpè Nic. Reusnerus, in stemmate Wittichindeo,  
 p. 144. Et l. sing. Heroic. Symb. p. 46. talem nobis tradit ex-  
 plicationem:

**FIDE, SED antè VIDE:** *malè fidit, qui benè fidit*

*Cuique: cui fidat, nec prius ipse videt.*

Leonem clausis oculis vigilare, & apertis dormire, scribit O-  
 rus in Hieroglyphicis. Quod custodia & vigilantia Symbo-  
 lum est, ac præterea cautionis & diligentia cujusdam: quâ  
 vel maximè opus est infido hoc seculo, in fidendo, & alteri  
 credendo, sicut Epicharmeum illud docet: *Nervos atque*  
*astutus esse sapientia, non temerè credere.* Quod & Euripides  
 monet in Helenâ:

*σὺ φρονος δ' ἀπιστίας*  
*κόκκισιν ἔστιν ἔδεν γενναυώτερον βεβήσας*

**h. e. Prudenti diffidentia**

*Non est quicquam utilius mortalibus.*

**Et Theocritus:**

*Μὴ τιγὲρ ταχιστα, πρὶν ἀρεξίας τ' ἰοῦσ' ὄψεσ'*

*Ne cito credideris: prius at tu respice finem.*

Sic nimirum credere omnia, æquè vitiosum est, ut nihil crede-  
 re; teste Augustino. Et, secundum Senecam, *utrumque in*  
*vitio est, & omnibus credere, & nulli.* Hucusque Reusnerus.  
 Typotii explicatio, quam cit lib. pag. 90. exhibet, Symbo-  
 li nostri Electoralis scopum minimè ferit, adeoque illam  
 Autori relinqvemus integram, nihil inde huc afferentes.

D

CHRI-



CHRISTIANI II. SAXONIÆ  
ELECTORIS.

*A DEO, PRO IMPERIO.*

II.

*DEUM TIME: CÆSAREM HONORA.*

III.

*INITIUM SAPIENTIÆ, TIMOR DO-  
MINI.*

**A** Mor ac delicia subditorum hic Elector fuit, cui cor quasi risit & præ gaudio exiliit, si egentibus ac petentibus auxilio succurrendum ac benefaciendum fuit. Hinc nemo non subditorum, hujus sui principis mentionem factururus, exclamare consuevit: *O das fromme Herr!* Vid. D. Leonharti Hutteri laudationem Funebrem Christiani II. Elect. Sax. Et M. Mich. Niedersteteri conc. funebr. de Eodem, lit. D. Summâ humilitate ac gratiarum actione perpetua suum Electorale axioma *Regi Regum ac Domino Dominantium, DEO, acceptum retulit, unde ejus primum Symbolum: A DEO, PRO IMPERIO, scilicet, accipi gladios & honores Electorales.* Imperatorem Rudolphum II. quem summum habuit Magistratum, *verbis, opere, & patientiâ honorare ad extremum usque spiritum non destitit.* Nunquam ejus nisi plenam observantiæ & benevolentiae mentionem fecit, *& quamlibet absentem exquisito, verborum honore prosecutus est.* Vid. Heideri orat. tom. I., p 38. Hinc eidem mox initio gubernationis, *duodecim tormenta bellica cum omni apparatu necessario, ad Turcam in Hungaria debellandum, dono misit, atque inter illa, duas paulo grandiores fulminares machinas, hac insignitas inscriptione:*

DEO,





DEO  
 ET IMPERATORI SUO, RUDOLPHO II.  
 PIO, FELICI, VICTORIOSO,  
 PATRI PATRIÆ,  
 D. D. D.  
 CHRISTIANUS II, ELECTOR  
 SAXONIÆ.

**Q**uo quidem munere ita letatus est optimus Imperator, ut  
 verbis & gestu palam ostenderit, nihil sibi gratius, hanc  
 observantia, fidei & amoris testificatione, fieri potuisse.

Vid. Joh. Friderichi Orat. Funebr. de Elect. Chri-  
 stiano II. lit. D. & Pauli Jenischii Narrationem, de Ejusd. vi-  
 ta, gestis & obitu, p. 37. Habes hic explicationem realem al-  
 terius Symboli Electoris, quo plurimum delectatus fertur ab  
 ineunte ætate: TIME DEUM; HONORA CÆSAREM.

Vid. Joh. Fridrichi Indicem Chronolog. circa Gubernatio-  
 nem Christiani II. Elect. Sax. lit. L 3. Reusnerus, lib. sing.  
 Symbol. Heroicor. p. 49. utrumque Symbol. connectit &  
 Sic declarat:

A DEO quæ sceptrâ mihi supremo  
 Rege Regum tradita sunt & arma;  
 PRO sacro justè IMPERIO tenebo,  
 Publica pacis placidaque custos  
 Atque Sanctæ religionis arâ.  
 Sic DEUM rectè TIMEO, atque HONORO  
 CÆSAREM, Romani Imperii Vasallus.

Hoc symbolo officium describitur Regum & Principum:  
 quos quia Deus, qui regna tradit, quibuscunqve vult, aliquâ  
 D 2 ratio-

ratione cæteris præfecit hominibus: merito hi agnoscere debent, se Dei, Regum Regis esse Vasallos, per gladium, regie auctoritatis insigne, investitos: ut eo gladio legem divinam tueantur, bonos protegant, malos pendant. Quod & Paulus Apostolus, Rom. XIII. his monet verbis: *Princeps est minister Dei, in bonum & commodum subditorum institutus, gladioque tuendis bonis adversus improbos accinctus, cui in eam rem incumbenti honor quoque debetur.* Hinc & Petrus Apostolus: DEUM (inquit) TIME: REGEM HONORA. Quibus ex verbis patet, DEUM imprimis & ante omnia esse colendum, propter ipsum: *Regem autem honorandum, propter Deum, & consequenter, Regibus Deo servientibus, non adversantibus, Dei jura tuentibus, non invadentibus, esse obtemperandum.* *Hactenus ille.* Veræ pietatis ac Religionis orthodoxæ fuit studiosissimus Christianus II. Elector, sapiens inde Princeps factus, juxta Davidis & Salomonis, maximorum atque illuminatissimorum in populo Dei Regum, imò ipsius Spir. S. acroama: INITIUM SAPIENTIÆ, TIMOR DOMINI, quod, dum vixit, Symboli quoque loco habuit, & crebris sermonibus usurpavit. Vid. Jenischii cit. Narrationem, p. 6. Et Danielis Hanichenii conc. funebr. de Christiano II. Elect. ab init. & lit. Dd 3.

Hinc à blasphemis cunctis, & diris imprecationibus, omniqve aliâ impietate, toto, pectore atque animo abhorruit: qui hanc sanctissimam vitæ regulam:

INITIUM SAPIENTIÆ, TIMOR DOMINI:  
*In hoc terreno principatu, tanquam Consiliorum & actionum, omnium cynosuram, fixam animo, scriptamque & pictam, ante oculos assidue habuit.* Vid. Friderichii cit. Orat. lit. G 2. Didicit hoc à teneris, ex sinceris Theologis & piis verbi Ministris, quos impense coluit, & semper ferè secum habuit, ut legatos ac Christos Dei, quos audire fas, & tangere nefas, esset.

*esset.* Docentibus ergò benevolas aures præbuit, monentibus morem gessit, objurgantibus ignovit, egentes sublevavit, & contemptum ac læsionem illorum ægerrimè tulit. Sic enim ipsius Ecclesiastes aulicus, Niederstetterus, in cit. conc. funebr. lit. C3, expertus loquitur: Wie hoch S. Churfürstl. Gn. treue Lehrer und Seelsorger geliebet / sie beschützet / und ihre Autorität vertheidiget / kan ich mit meinen Herrn Collegis bezeugen / wie es auch andere Pastores werden bekennen müssen. Denn S. Churfürstl. Gn. nicht leiden können / wann man die Prediger verachten / oder schimpfflich hat halten wollen. &c. Conf. Heideri tom. I. orat. p. 32, seqq. Ad TIMOREM DOMINI & verè Christianam SAPIENTIAM illud quoque referendum est, quòd hic Elector Christianus *Ambrosii sui* (D. Polycarpi Lyseri, Protecclesiastæ aulici) *παρρησια* in corrigendo, magno lenitatis spiritu semper approbaverit, ita ut multoties in hæc verba ipsum erupisse constet: *Macte, Vir Dei, macte pietate, age, quod tui, est muneris; cura, ut res Christiana consistat incolu- mis, ut disciplina perseveret incorrupta: doce, quæ, amare, doce, quæ fugere debeamus: habes animas nostras tuæ fidei concreditas: his consule, his Christianæ medicinae oppone præsidia, prout & meus, & meorum subditorum morbus atque egritudo exposcit.* En TIMOREM DOMINI! En SAPIENTIAM CHRISTIANAM! Vid. Hutteri cit. laudat. funebr p. 16, & seqq. Cujus ne oblivisceretur pius Elector, vellectum petiturus, vel relicturus, cubiculi quoque sui parieti adscribi jussit hæc verba applicativa: *Ich fürchte Gott / ehre meinen Kaiser / und liebe Gerechtigkeit.* Vid. Hänichenii cit. conc. funebrem. lit. alleg.

JOHANNIS GEORGII I.  
SAXONIÆ ELECTORIS.

I.  
SCOPUS VITÆ MEÆ CHRISTUS.

II.  
Meinen JESUM lasse ich nicht.

**F**Ratri per omnem vitam charissimo, sine liberis defun-  
cto, successit in Electoratu JOHANNES GEORGIUS  
I. *faustissima nomina Avi sui materni, Electoris Bran-*  
*denburgici laudatissimi, fortitus, quæ deinceps, non*  
*sine secundo omine, tres subsecuti Saxonia Electores, filius,*  
*nepos ac pronepos, serie non ruptâ, gloriosè hactenus gesse-*  
*runt. Conf. D. Welleri Chur-Sächß. Ehren-Cron/ pag. 225.*  
*Edidit nobis cœleste hoc pignus altero partu Domi-*  
*na SOPHIA BRANDEBURGICA, cui tantum*  
*fortuna virtutisq; superfuit, ut eadem Electoris fi-*  
*lia, eadem Electoris Soror, Electoris nurus, Ele-*  
*ctoris uxor, & duum Electorum genetrix esset;*  
Uti scribit magnus Orator, Augustus Buchnerus, in Orat.  
Panegyricis, p. 130. *Pientiozem aliam, aut de salute filii ma-*  
*gis sollicitam matrem nancisci non potuit, Dux JOH. GEOR-*  
*GIUS Primus, intra annos primæ nutritionis, Patre Sere-*  
*nissimo orbatus. Quantum enim Debora Prophetis, Eccle-*  
*siæ & Reipubl. Israeliticæ: quantum Ephraïtis Hanna, e-*  
*ducatione filii sui Samuelis, sanctitati & puritati cultus divi-*  
*ni profuit: quantum Lois & Eunice, avia & mater Timothei,*  
*Christianæ Reipublicæ contulerunt, quòd filium à puero*  
*sacris imbuerunt literis: quantum universi orbis saluti He-*  
*lena, Constantini mater: quantum Ecclesiæ Christi, ab A-*  
ria-

rianorum tyrannide vindicandæ, *Placilla*, Theodosii M. conjux, *Arcadii & Honorii Imperatorum genitrix*, præstitit; Tantum florentissimis harum Regionum Ecclesiis, tantum Universæ Germaniæ, ab impetigine falsæ doctrinæ, præservandæ, contulit veneranda Trium Ducum Electorali-um, CHRISTIANI II. JOH. GEORG. I. & AUGUSTI, genitrix SOPHIA, nunquam satis laudata fœmina.

*JESU & CHRISTI, Salvatoris mei, Nomen in ipso adhuc lacte matris, tenerum cor meum piè biberat, & altè retinebat; & quicquid sine hoc Nomine fuisset, quamvis literatum & expolitum, & veridicum, non me totum rapiebat: Est vox confitentis adolescentiæ suæ studia Augustini, l. III. Confess. c. 4. Hoc sollicitudini, hoc informationi Maternæ acceptum fert sanctus Doctor. Quorsum igitur nos referemus Sexcenties repetitum à Serenissimo Principe, jam decumbente, diverbium: JESUM MEUM NON DESERAM! Meinen Jesum lasse ich nicht! Quorsum inde à primâ juventâ sulcitata flammulam? SCOPUS VITÆ MEÆ CHRISTUS: nisi ad Materna instituta, cum primo lacte sucta, alteque retenta, ut Sanctus Pater loquitur; quorum præsidio per universam hanc vitam tutus fuit à contagio erroris in fide à contagio vitiorum in vita, à periculo desperationis in morte. Quamquam enim, Præceptores, Heroïno pectori admoti, monitis & exemplis suis ad pietatem & bonos mores facem præferrent: Falsus tamen sæpè est etiam Ministris suis SERENISSIMVS PRINCEPS plus se profecisse ex Maternis monitis, accurataq; disciplina, quam Præceptorum Institutis: Nec cuiquam suæ conditionis Principi facile concessurum, cui Genitrix in majore veneratione esset, atq; SIBI veneranda Mater, SOPHIA. Hujus Ille monita,*

nita, tanquam caelitus delapsa, pronus suscipere. Hujus institutis promptus obsequi, Huic superstiti in anno Jubileo post Christum M DC XVII. ut ostenderet, quid ex disciplina B. LUTHERI haufisset, monumentum ære perennius (auro argentoque cufis nummis) excitare, in quo visitur Romani Imperii etiam alterâ vice Vicarius, adgeniculans altero poplite, Matrem Solio collocatam his verbis affari: **UT SALOMON, SIC EGO MATREM!** Huic etiam vitâ functæ singultibus & lacrymis uberrimis parentare: Hanc per universam denique vitam tam impensè colere, tam sanctè revereri, ut ad solum Matris Nomen non tremeret quidem, singularis tamen pietatis & observantiae signum nunquam non daret. Nunc definite mirari longævitatem **PRINCIPIS;** in promptu causa est: **PIETAS Adversus Matrem:** sicuti Magnus Theologus, D. Joh. Hülsemannus, hæc omnia egregiè exposuit in oratione funebri **JOH. GEORGII SAX. ELECT** quam Ideam boni Principis appellavit, p. 4, & seqq. Fontem utriusque Symboli Electoralis aperuimus: jam ad peculiare explicationes est deveniendum.

De priori M. Matthæus Lungwuius, in *Admirandis Divinis Saxonis*, lib. I. cap. III. hunc in modum differit: Alexandrum Magnum, Orbis domitorem, dixisse accepimus: *Sibi multo esse jucundius, quòd de Diis immortalibus rectè sentiret, quàm quòd multis populis imperaret.* Id de se multo veriùs affirmare potest noster Elector, se unius **CHRISTI** & verbi sui gloriam, omnibus regnorum præsidis, ornamentis ac triumphis, prætulisse. Rectè enim per Dei gratiam sentit Dominus Elector, cum libro *Concordiæ & visitationis Articulis*, de Deo omnipotente, de **CHRISTO** & ejus merito, de peccato, de lege, de Evangelio, de justificatione & reliquis articulis, unico **CHRISTI** merito firmiter nititur vera fide, quod *Symbolum Ipsius* satis superque testa-

testatur (quod cum *Joviano Imperatore* commune habet;  
 Vid. Nic. Reusneri *Class. II. Symbol. Impp. p. 30. seqq.*) **SCO-**  
**PUS VITAE MEAE CHRISTUS!** *Insignis profecto haec est*  
*Confessio, ex vera in CHRISTUM fide & amore ejusdem,*  
*fervido profecta, qua Serenissimum pectus palam profitetur,*  
*quod Dn. JESUM CHRISTUM & ipsius verbum, tanquam*  
*fidei & vitae suae Cynosuram & Helicem, in corde & conspectu*  
*suo semper posuerit, ipsiusque Celsitudinis Serenissimus animus*  
*vera pietate sit imbutus. Fundamento probe jacto reliqua*  
*facile & firmissimè superstruuntur. Nam*

*Virtutes pietas in se complectitur omnes.*

Pietate igitur probè fundata in *Serenissimo pectore*, reliqua  
 omnia feliciter cesserunt & evenerunt; illà ipsà ad gloriae  
 àxum, per *Dei gratiam*, pervenit. Haftenus *Lungwiti*,  
 Ingenioso disticho *M. Abrahamus Gensreffius*, Superin-  
 tendens *Fribergensis*, sub effigie *Sereniss. Electoris*, ita hoc  
 Ejusdem *Symbolum* explicavit:

*Tela petant metam: CHRISTUM mea vita: manebit*  
*In vitâ, VITAE, qui mea vita, SCOPUS.*

Vid. *Conditorium Saxonicum Fribergense Schirmeri*, ab  
 initio. *Adamus Cuslevius I. II. Selector. carm. sequenti-*  
*bus versiculis optimis Electoralis vitae scopum ita tetigit &*  
*ornavit:*

**Hic JACULATOR**

*Dicitur esse*

*Optimis, errans*

*Haud facile, haeret*

*Cui scopus usque*

*Fixus in hircus;*

*Quem ferit inde*

*Faustiter, atque*

*Chara reportat*

*Munera letus.*

**JANE GEORGI;**

*ENSIFER alte,*

*Optimus es Dux*

*Et jaculator*

**E**

**Opti-**

Optimus, usque  
 Dum TIBI CHRISTVS  
 Est SCOPUS, omni  
 Tempore VITÆ,  
 Firmiter hærens  
 Luce in utrâque, &  
 Corde fidei,  
 Hinc jacularis,  
 Sorte in utrâque  
 Speque Fideque  
 Faustiter, ut sit  
 Pax Regioni, &  
 Relligioni  
 Flos peramænis,  
 Relligionis  
 Et Regionis

Hoste retrorsum  
 Cœlitus acto.  
 Pergito semper  
 Sic jaculari,  
 Optime Princeps,  
 Tempora ad usque  
 Ultima vitæ,  
 Ut SCOPVS iste  
 Sit TIBI constans  
 CHRISTUS JESUS,  
 Donec Olympo  
 TE beet Ille,  
 Atque brabeis  
 Non perituris  
 Donet in ævum.

M. Joh. Frentzelius, in Monumento, JOH. GEORGIO I.  
 gloriosæ memoriæ erecto, sequentem Symboli hujus textit  
 exegefin :

Ille Ducum Eximius moritur lenissimè in Arâ, \*

In Christo, VITÆ Rege Scopoque SUXÆ.

Hoc in bellifono, rabidoque hoc turbine Mundi,

Rara datur reqvies, pax rata nulla datur.

Pax & vera qvies, cœlismodò vivere norunt;

Et cœlum hinc statuit non nisi SAXO Scopum.

Quin statuit Christum, cœli Dominumque, Deumque.

Corde pio, VITÆ spemque Scopumque SUXÆ.

\* Hebr. XIII, 10.

O TE



O TE felicem! TE terqve qvaterqve beatum,  
Magne *Pater Patriæ*, JANE-GEORGE, Senex!

Ut tua flammimicans mens: sic tua lumina totam  
Per vitam, in *Christum* fixa fuere scopum.

Omnibus in rebus, nocte ut, sic luceediei,

CHRISTUS erat VITÆ meta, SCOPUSQUE TUÆ.

CHRISTUS ut in VITA, lux, dux, pax, spesqve Scopusqve:  
Sic in morte TIBI Spesqve scopusqve fuit.

Morte TUI CHRISTI, & TE mors benedicta manebat:  
Nam SCOPUS & VITÆ & mortis, Is unus erat.

De posteriori Symbolo beatissimi Electoris, Meinen *JESUM* lasse ich nicht / *fusissimè ac utilissimè scribit fidelissimus Ejus Nathan*, D. Jacobus Wellerus, in Chur = Sächsischer Ehren = Trauer = Erone / seu, tribus concionibus funebribus, Memorix Sereniss. Elect. consecratis, unde paucula saltem excerpemus. Meinen *JESUM* lasse ich nicht. Diese Wort hat unser Hochseliger Churfürst und Herr zum öfftern gegen mich wiederholet / wenn in deroselben Lager ich auffgewartet / und etwa / der gelegenheit nach / gefraget / wie Sie Sich in ihrem Herzen und Gewissen befinden thäte; auch da Sie bald darauff durch ein seliges Simeons-Stündlein zu ihrem Heyland und Erlöser Christo *Jesu* gefahren ist / mir zur Antwort gegeben / Glaubet mirs nur sicherlich / Meinen *JESUM* lasse ich nicht! Wie nun in diesen wenig Worten die ganze Summa Christi-cher Weißheit ist eingeschlossen: Also sind auch alle heilige Männer *SDices* / so wohl im alten / als neuen Testament / eben so ie und alle wege gesinnet gewesen / Meinen *JESUM* lasse ich nicht. pag. 13. & 14. Ach wer da sagt: Meinen *JESUM* lasse ich nicht / der ist in der allergrössesten Thorheit der Weiseste / in der größten Unfall der Glückhafftigste / in der verachttesten, Schwachheit der stärckeste / in der tieffsten Hellen = Blut der eligste. p. 58. Sanct

Sanct Paulus schreibt: Ich will in der Gemeine lieber Fünff Wort reden / mit meinem Sinn / auff das ich auch andere unterweise / denn sonst gehen tausent Wort mit Zungen. Oft hat man sich darüber verwundert / welches diese Fünff Wort / wenn man der Zahl so genau wolte nachgehen / seyn möchten. So jemand mich wolte fragen / welches denn bey uns Teutschen solche Fünff Wort wären / würde ich sagen: Der Hochseligste Churfürst und Herr / Herzog Johann Georg der Erste / wie Er sonst kurze / iedoch nachdenckliche / Hochvernünftige Reden geführet / also kan Er uns solches lehren / und hat es Fürstlich gefasset in den Worten:

(1.) Meinen (2.) Jesum (3.) lob (4.) ich (5.) nicht.

Diese Worte sind freylich ein rechtes schönes Compendium und kurzer Begriff alles des / was einem Christen zu wissen vonnöthen ist. pag. 8. seqq.

Augustus Orator, Buchnerus, de utroque Symbolo *Et orali ita auguste perorat: In EO (CHRISTO JESU) omnem fiducia sue reponerat spem, qui SOLUS, aut ingruentem mortem repellere, aut iam exceptam elidere, & mox elisam in novam lucem convertere potest. Quem cum iam antè constitisset sibi VITÆ SCOPUM, & Symbolo esset testatus, nunc inter suprema ante oculos sibi proposuit maximè in quem suspiceret, in quem dirigeret cogitationes omnes ac vota; imo quem apprehenderet & complecteretur non avellendus. Itaque nihil in animo, nihil in ore atque sermone morituri versabatur aliud, quàm SERVATORIS memoria nomenque DULCISSIMUM. Quod inclamabat, quod invocabat perpetuo; quod, tanquam arcem aut clypeum apprehendebat; quod ultimum erat, in quo & vox & vita deficeret. O felicissima mors, quæ in hoc ipso obitur nomine! O beatissimus excessus, cum, CHRISTO duce, transimus ad CHRISTUM. Transit, transit ad Eum Princeps; imo secutus trahentem est; cum invocanti adesset præsto, & confidenti in se porrigeret manum.*

## JOHANNIS GEORGII II.

## SAXONIÆ ELECTORIS.

## SVRSVM! DEORSVM!

**V**eritatis effatum est, quod olim ad Serenissimum hunc Electorem, *honorum ac literatorum virorum Dec9 & clypeum*, meus in Ephoriâ Coldizensi Præ-Antecessor, n. L. Matthias Zimmermannus, Misnensis post Ecclesiæ Doctor & Superintendens, hisce verbis scripsit: *Clementia Tua tanta est, ut merito Trajanus dici & haberi mereare. Vivis enim cum civibus Tuis, quasi cum liberis parens. Eos, denique nos, eundem Te putas, par omnibus, & hoc tantum ceteris major, quo melior.* Vide Zimmermanni Dedicatoriam, Dissertationi Historico-Theologicæ ad dictum Tertulliani, *Fiunt, non nascuntur Christiani*, præfixam. Expertus ego multoties idem loqui ac testari possum: Sed ea jam solum modo adducam, quæ ad *Electoralis symboli explicationem* ac fontem spectant. Anno currentis seculi LXVIIimo, à XVIIIvo Martii, usque ad XXIII. Ejusdem diem, Sereniss. Elector Porta erat, & cum Joh. Philippo, Archi-Episcopo atque Electore Moguntino eminentissimo, ardua tractabat. Ante tractationem verò, *Collegas Portensis Gymnasii*, quos inter & ego tunc eram, clementissimè ad se vocabat in conclave, quod AUGUSTI ELECTORIS dici solet, & orationem de *vita sue totius curriculo per bihorium fere, sine ullâ hesitatione, stupentibus nobis, dulcissimè ac facundissimè recitabat.* Nunquam memoria effluere patiar verba ista heroica, ingenua & verè paterna, quæ indulgentissimus Elector, quasi in finem charissimorum & infucatorum liberorum, effundebat. Bipedum essem ingratus, nisi nonnulla hac occasione recitarem, præsertim cum interea omnes mei collegæ Portenses, qui isti congressui interfuerunt, mortaliter vitam reliquerint. Inter alia, ex pio ipsius ore hæc

hæc formalia excepi & notavi verba: Ich weiß wohl/ daß „  
 ihr lieben Leute vor mich fleißig betet; Ihr sollet aber wissen/das ich „  
 vor Euch hinwiderum heiliglich bethe/ daß ihr bey der anvertrauten „  
 Jugend / in diesem Pfortnischen Gotteshause viel gutes/ der ganzen „  
 wahren Christenheit zum besten/ durch des Herrn JESU Hülffe/ „  
 schaffen möget. Ich bin sonst niemahls in der Pforte/ die Chur „  
 Fürst Mauritius zur Landschule gestiftet/ und Churfürst Augu- „  
 stus so lieb gehabt/ gewesen/ ohne anno 1613. Da mein Herr Vater „  
 hier eine Tag gehalten/ und mein liebes Mütterchen mich unter „  
 ihrem Herzen getragen. Aniezo bin ich hier in hoher Conferenz „  
 des ganzen Römischen Reichs / und meiner Lande Wohlfahrt be- „  
 treffend/ drum bethet ja fleißig und heiliglich/ daß wir einen gnä- „  
 digen Gott oben im Himmel/ und unten auff Erden ein „  
 gesegnetes Regiment haben mögen/ wie mein Symbolum „  
 lautet: SURSUM DEORSUM! Denn ich bin auch ein ar- „  
 mer gebrechlicher Mensch vor Gott / nur daß ich von hoher „  
 Geburth bin. Drum bethet fleißig vor mich / ich will Euch „  
 Fürstlich versorgen. *Dictum factum*: Sicut alio loco pluribus  
 referam. Habes hic explicationem optimam optimi Sym-  
 boli Electoralis, ab ipsius Electoris optimi ore profectam,  
 cum suorum verborum interpres optimus quilibet esse so-  
 leat. Meæ tamen tenuitatis versiculos exegeticos Sere-  
 nissimus Elector clementissimo quoque vultu & animo tunc  
 excepit, qui ita habent:

## SURSUM, DEORSUM.

*Volvatur omne, quicquid orbis hic tenet,*

*SURSUM modo, modo DEORSUM, & omnia*

*Rotentur, excitato turbine, ut chaos*

*Videantur in vetus jam jam relabier:*

*SURSUM tamen levabo cor meum ad DEUM,*

*Fide-*

*Fideque speque plenus ac fiducia,  
Precibusque fultus & fretus verbo DEI,  
Gregem meum, DEORSUM, creditum mihi,  
Pro viribus, divinitus datis, regam,  
Pastoris instar, atque Patria Patris;  
Regente me, latentur omnes ut boni,  
Vitis sua sub atque ficus pergula.*

*Trabes crucis feram quoque aureo nigras  
Patientia in scuto areaque fulgida,  
Pro gloria DEI MEI, & gregis boni,  
Rutaeque pro virente, & Ense duplici,  
Daturus usque danda CAESARI Meo  
DEOq, SURSUM Huic, DEORSUM Ei, pie:  
SURSUM vehar donec beatus ad poli  
Aeterna regna, curribus phalangium  
Coelestium, DEORSUM jactans omnia  
Caduca, prava, falsa, stulta, noxia,  
Quibus repletur Orbis undique imperans,  
Et jusque deque fertur usque, dum ruat.*

D. Martin. Geierus, Electoralis animæ Conscientiosissimus,  
ad ultimum usque halitum, Curator, Symbolicum hoc SUR-  
SUM DEORSUM, per annum aliquando integrum, Dresden-  
si Aulæ, ex omnibus Evangeliiis Dominicalibus & Festali-  
bus, suavissimè ac utilissimè exposuit, ut caelestia amare &  
terrestria contemnere disceret. Idem fecit in concione fune-  
bri Beatissimi Electoris, in qua E jusdem Symbolum, SUR-  
SUM, DEORSUM. Fribergæ, (tanquam Olor in cantu deficiens  
& funeris ipse sui Cantator) juxta dictum & ductum Apo-  
stoli-

stolicum, ex cap. III. Epist. ad Coloss. versu 1. & 2. ita piè ac erudite explicuit, ut *curam omnium nobilissimam Serenissimi Electoris in vita ac morte* hinc demonstraverit. Verba ejus inter alia sunt hæc: Auff solche Sorgfalt eines Regenten (tractaverat in concionis Exordio sententiam Pauli, Rom. XII, 8 Regieret iemand/so sey er sorgfältig) hat auch iederzeit gezielet der Auserkohnne Leib-Spruch unsers Hochseligsten Churfürstens und Herrns: SURSUM! DORSUM! Welchen ich verhoffentlich nicht unrecht ziehe/ so wohl auff Sein Leben/als auff den seligen Schluß des Lebens.

Im Leben hieß es:

**So Oben/ als auch Unten/**

**Durch Beth- und Sorgen-Stunden.**

Ihrer Churfürstl. Durchl. erstes und meistes Werck/ nach dem Sie erwachet/ ware dieses droben bey ihrem Gott durch Gebeth/ und fleißiges Bibel-lesen/ den Segen zu erlangen; Hernach aber auch unten/ sich gebührend zu bekümmern/ in Sorgen- oder Rath-Stunden/ was so wohl in Friedens- als Kriegs-Zeiten am heilsamsten zu thun sey.

Im seligen Schluß des Lebens:

**So wohl hinauff/ als auch hinab:**

**Die Seel zu Gott/ den Leib ins grab.**

Und dieses nach Salomonis Lehre/Predig. VII, 7. Der Staub muß wieder zu der Erden kommen/ wie er gewesen ist/ und der Geist wieder zu Gott/ der ihn gegeben hat. Coetera in allegata concione videri, ac legi possunt, p. 7. & seqq.

**JOHANNIS GEORGII III.**

**SAXONIAE ELECTORIS.**

**JEHOVA VEXILLUM MEUM.**

**A**B excessu Magni Mauriti, quem in prælio Peinensi **victorem**, inter vexilla volantia & tubarum strepitum **fera-**

feralis globus extinxit, nemo Electorum Saxoniae, extra-  
ditionis suae limites ac subditorum finum, mortalitati vale-  
dixit, praeter JOHANNEM GEORGIUM III. Heroem decantatis-  
simum, Imperii Protectorem fortissimum, Patrem Patriae  
desideratissimum. *Sed omne solum forti patria est, &*

*Quo mori loco, nil refert, caelicam ad aulam,  
A terra spatium semper habebis idem.*

Toti orbi Christiano patet, optimum nostrum ac Germanis-  
simum Electorem, non in hostili & barbarâ terra vulnera-  
tum, aut interemptum, sed fatali morbo correptum, in cele-  
berrimo Musarum Würtembergicarum Helicone, omnium  
bonarum artium ac disciplinarum, *praecipuis orthodoxae re-  
ligionis & pietatis officinâ*, inter preces & cantiones dilectis-  
simarum animarum, devotissimas, placidissime sopitum,  
Vexilloque suo, JEHOVÆ, vera fide involutum, *ad multi-  
tudinem caelestis militiae*, beatissime hinc migrasse. *Magnus*  
enim Princeps magni Bellatoris ac Populi Dei Ducis, Moy-  
sis, *magno Symbolo militari* à pueris uti solitus fuit: JEHO-  
VA VEXILLUM MEUM! quod Exodi XVII. Cap. vers. 15.  
Spiritus Sanctus in codice Biblico annotatum voluit. Vide  
Biblia Lutheri Germanica, cum effigiibus Electorum Sa-  
xon. à Sterniis Luneburgi excusa anno 1664. Confer, num-  
mos exequiales, memoriae & honori Beatissimi Electoris cu-  
los ac consecratos. Errat hinc Autor anonymus *Symbo-  
lorum Historico-Politicorum praecipuorum Europae pro-  
cerum*, an. 1685. editor, quando p. 57. & seqv. scribit, Serenif-  
simum Electorem, Symbolum suum *ex versu Sexto Psal-  
mi vigesimi* petisse, ubi non dicitur: *Jehova vexillum meum!*  
Sed, *in nomine Dei nostri vexillum erigemus*. Sententiae ta-  
men parallelæ sunt, quarum altera alteri lucem foeneratur.  
Moses, duce Josua, pugnaverit contra Amalekitas, quibus  
partim caesis, partim in fugam conjectis, Deo victoriae dato-  
ri, ad declarandam gratitudinem, altare ædificavit, addito  
Symbolo: JEHOVA VEXILLUM MEUM! Das er gleich eine U-  
ber-

berschrift über diesen Altar gemacht / und dazu diß schöne Symbo-  
 lum gebraucht / יהוה נסי *Jehova Nissi*, der **HERR** ist mein  
 Panir / oder meine Fahne; Darum das **GOTT** mit Ihnen gewe-  
 sen / und Glück und Sieg gegeben hatte / da Moses den Stab Got-  
 tes / als eine Fahne in der Höhe führete / und zu **GOTT** um Glück  
 und Sieg wider die Feinde bethete. Vide Försteri Diexodon  
 Exodi p. 44. Et Schmuccii conc. II. in cap. XVII. Exo. II.  
 p. 295, seqv. Est ergo hæc sententia hujus loci: **DEU** f. 21 **VE-**  
**XILLIFER** *noster in hac pugna: ut qui feliciter signa in hostes*  
*intulit, ac deinceps etiam pro populo suo fortiter dimicabit.*  
 Vid. Andreae Osiandri Biblia Latina editionis Sextæ, fol. 263b.  
 Pia illa anima, Herbergerus, tom. V. Magnalium Dei,  
 c. LX. p. m. 632, seqv. ita suavissimè de hoc **VEXILLO** differit:  
 Moses nennet den Altar / **JEHOVA NISSI**, das ist: **Der HERR**  
**mein Panier oder Fähnlein**. Dieser Nahme gebühret dir von  
 rechts wegen / liebster **HERR** **Jesus**. Du bist mein Panier und Fähn-  
 lein. Hat dich doch Esaias auch also genennet / cap. 11. Da er saget:  
 Und es wird geschehen zu der Zeit / daß die Wurzel Isai / die da ste-  
 het zum **Panier** den Völkern, nach der werden dir Heyden fragen,  
 Gleichwie ehrliche Kriegs-Leute zum **Fähnlein** schweren müssen: **Al-**  
**so** habe ich zu dir / **HERR** **Jesus** geschworen in meiner Tauffe. Gleich-  
 wie treue Kriegs-Leute ihren Fähnlein nachziehen: Also will ich dir  
 nachziehen im Leben und im Tode / in Lieb und Leid / durch Glück und  
 Unglück: Dir will ich folgen durch Creuz und Elend / gewisser Hoff-  
 nung / daß ich dir will endlich folgen am jüngsten Tage zum ewigen  
 Leben. Ein ehrlicher **Fähnrich** schweret / daß er über dem **Fähn-**  
**lein** will Leib und Leben lassen; Verleuret er die rechte Hand / so will  
 ers mit der Linken fassen / verleuret er die Lincke / so will ers mit den  
 Zähnen fassen / kan er sich nicht mehr schützen / so will er sich hinein  
 wickeln / und sich darinnen erbauen und erstechen lassen (wie solcher  
 ehrlicher **Fähnriche** gedencet Fulgofus lib. 2. cap. 2. Jovius lib. 4. Hist.  
 Zwingerus in Theat. p. 2142.) **HERR** **Jesus** / bey dir lasse ich auch  
 Leib und Leben; Verliere ich zur Rechten zeitliche Ehre / verliere  
 ich zur Linken zeitliches Gut / laß fahren / was nicht bleiben will  
 wenn ich nur Dich behalte / so habe ich genung zum ewigen Leben / in  
 dich



Dich und deine Wunden will ich mich / wie ein Fähnrich in sein  
Bluth-Fähnlein / einwickeln / darinne will ich leben und sterben.  
Gleichwie der Feind am meisten nach dem Fähnlein trachtet: Also  
trachtet der Teuffel am meisten darnach / daß er dich aus unserm Her-  
zen reisse; Aber hilf HERR JESU / daß er zu Schanden an uns  
werde!

HERR JESU / wenn ich bethe/will ich dich / als mein Fahn-  
lein / ergreifen / und gerade auff das Herz deines Vaters ziehen/  
gewisser Hoffnung / er werde mir gnädig seyn. Wenn ich Creutz und  
Elend habe / will ich mit dir / meines Herzens Trost-Pannier pran-  
gen / wie ein Kriegsmann mit seinem Fähnlein. Wenn mich der bö-  
se Geist mit allerley Anfechtung plaget / so will ich mit dir / HERR  
JESU / meinem Panier / einen gläubigen Zug thun / zu dem treuen  
Herzen deines Vaters / und Schutz finden. In hoc signo vincam,  
mit dem edlen Panier deines Creuzes / will ich alle meine Feinde über-  
winden / wie vor Zeiten Kayser Constantinus mit dem VEXILLO RE-  
GIS, Maxentii, Maximini, und Bizantii Kriegs-Volck. Wenn ich dich  
ansehe in meiner Seelen-Angst / wie ein Kriegs-Mann im Kampff sein  
Fähnlein / so kan ich nicht in die irre gerathen. HERR JESU /  
gieb Glück zu dem letzten Zuge meines Lebens / hilf / das es ein mu-  
thiger / reuterischer Zug sey / stärke die Arme meines Glaubens /  
daß ich dich / mein Triumph-Fähnlein / freudig ergreiffe / und im vollen  
Zuge mit fliegender Fahne / aus dem Hunger-Land dieses zeitlichen  
Elendes einziehe in das gewünschte Engel-Land der ewigen Freude!  
Diese ritterliche Sterbe-Kunst verleihe mir und allen gläubigen  
Herzen / lieber HERR JESU / du schönstes Panier meiner Seeligkeit /  
Amen! Dictus supra Autor Symbolorum præcipuorum euro-  
pæ Procerum anonymus, loc. alleg. celebrat nostrum venerandæ re-  
cordationis Electorem, quod, quam diu in vivis fuerit, Symbolum  
suum heroica verè ac Christiana fiducia impleverit. Verba illius for-  
malia sunt hæc: Ihre Durchlauchtigkeit haben / aller Augenscheinlich  
obschwebender Gefahr ungeach et / gleichsam mitten und durch alle ge-  
genstehende Felsen / mit dem Stahl ihres Degens wohl wissen durch-  
zudringen / daß / ob schon dero köstlicher Habit über und über mit  
Staub und Blut ist angefüllet gewesen / sie doch ihrem Symbolo nach  
in der That befunden / daß Sie mit Gott ihr Pannier aufgeworffen.  
Und

Und

Und wie sie bißhero glücklich gegen den Erb-Feind des Christlichen Namens ihr Pannier Auffgeworffen / also bemühen Sie sich noch ferner ihren Estat zu des Reichs besten also einzurichten / daß Sie unter dem Göttlichen Panier / und unter den Flügeln des Römischen Adlers / ruhig und sicher administriren mögen; Massen das lebliche Hauß Sachsen allemahl den Ruhm gehabt / daß es die beste Stütze des Reichs gewesen / und / wie der Hauten-Krank / in ungefarbter Liebe vor das Interesse des Vaterlands allemahl geblühet habe.

Hæc ille Autor.

Conscientia me adigit, ut de Beatissimi Electoris, Domini quondam mei Clementissimi, Symbolo Heroico non-nihil quoque scribam, & pro acceptis multis ac magnis beneficiis, ipsius Serenitati sequens gratitudinis monumentum ponam:

## JEHOVA VEXILLUM MEUM!

**A** Rmá lubens semper tractavi, atque aspera gessi  
Bella: minax Gallus sensit, & infremuit.  
Turca potens fureret cum Cæsaris ante Vien-  
nam,

Primus eum invasi, nulla pericla timens,  
(Invia cuncta licet fuerint) Victorque recessi:

Hinc timuit nomen Turcia tota meum.

Post ea pressi iterum Gallos felicibus armis.

Perstans pro Imperio fida columna sacro.

Eduxique meos fortes simul, armiger ales

Ut Jovis, Afcanios ad grave Martis opus.

Neccarus est testis, Rhemus, Moenusque celebris,

Atque Moguntiaci moenia & arva soli.

Pla-

Plura ausurus eram: Sed in ipso flore, Tubingæ  
 Me Deus ad pacis coelica castra vocat.  
 Cur non sim læsus, si quæris, Marte? JEHOVAM  
 VEXILLUM semper crede fuisse MEUM.  
 VEXILLUM hoc a me pepulit tormenta, sarissas,  
 Tela, truces gladios, lethiferosque globos.  
 Hoc quoque VEXILLO me texi, mortis in horâ,  
 Et vici mortem sanguine, CHRISTE, tuo.  
 Hoc me VEXILLUM transvexit ad astra, triumphos  
 Nunc ubi perpetuos lætus ovator ago.  
 Felix Bellator, qui, pro GREGE LEGEQUE pugnans,  
 Clamat: VEXILLUM es, CHRISTE JHOVA, MEUM!

JOHANNIS GEORGII IV.  
 SAXONIÆ ELECTORIS.

JEHOVÆ GLORIAM QUÆRAM, DUM  
 SPIRITUS ERIT.

GOTTES Ehre soll allein  
 Meines Lebens Endzweck seyn.

**I**Ta cernitur ac legitur hoc verè pium & heroicum  
 Symbolum supra imaginem Illustrissimi Princi-  
 pis, & nunc Electoris Celsissimi, JOHANN: GEOR-  
 GII IV. ante aliquot annos æri incisam, præter ul-  
 timam in Latino particulam ERIT, cujus additionem jam  
 cœli-

cœlitus collata *Electoralis dignitas* merito ac necessario requirit. Latinum enim hocce Symbolum *acrologum* est, præter optimum Serenissimi Electoris propositum, Eiusdem quoque celsissimum nomen & axioma, quod est, JOHANNES GEORGIUS QUARTUS, DUX SAXONIÆ ELECTOR, literis initialibus repræsentans. Sionia ac Heliconia Musæ jam occupatæ sunt tam extra, quam intra Saxoniam, ut memoriæ tabulis non modò laudabiliter acta & agenda, sed Symbolum quoque hujus nostri piissimi Electoris, JEHOVÆ GLORIAM QUÆRENTIS, & scopi instar perpetui habentis, dignissimis præconiis inscribant. Mea Camœnula interim ita humillimè ac devotissimè novum PATREM PATRIÆ salutat:

**R**egia Stirps, salve; Salve, Electoris amata  
Magni Progenies; Elector & Ipse sacra  
Imperii ac Columna; LEOPOLDI magna voluptas  
CÆSARIS, atque Ducum magnorum cura salutis  
Teutonia quos tangit, eis socia arma ministrans.

Salve, dulce Decus Patriæ, longumque perenna  
Fidis Saxonibus; Faustas amplectere tædas,  
Ut videas natos, & qui nascantur ab illis,  
Lutheri stantes in religione nepotes,  
Rutaq; cum Gladiis nunquam discedat ab istis!

Symbolum verò ejusdem sanctum ac  
Heroicum sequentibus versiculis exponit:

*Saxonia incessit lugubri Sirmate tristis  
Hactenus, Elector nam pius occubuit.*

Gau-

Gaudia sed repetit nunc, cum TE, JANE-GEORGI  
 QUARTE, Electorem conspicit esse suum.  
 Concipit & magnam Spem de TE, Symbolon audit  
 Quando, quod in celso pectore & ore geris:  
 Jove solius ter-magni Gloria sola est,  
 Quam queram, Donec Spiritus intus Erit.  
 Sanctum o propositum Patrie Patris! illa recantat,  
 Divina id semper perficiatur ope!  
 Saxonicus David, Salomon, sis, & Josaphatus!  
 Sub TE florescat Religio & Regio!



R  
 Magna Pro  
 Imperii ac Col  
 CAESARIS, at  
 Tentoria puer  
 Salve, dulce De  
 Fidis Saxonibus; Fasces amplectere tadas,  
 Ut videas natos, & qui nascantur ab illis,  
 Lutheri stantes in religione nepotes,  
 Rursus cum Gladio nuptiarum discedat ab illis!  
 Symbolum vero ejusdem sanctum ac  
 Heroicum sedventibus verticulis exponit:  
 Saxonia inestit lugubri Symmate tristis  
 Hactenus, Elector nam pirus occubuit.

Gan-

are-  
 est,  
 ius-  
 JO-  
 HÆ  
 He  
 Sa-  
 ta &  
 Ele-  
 per-  
 ea  
 um  
  
 as  
 tis  
 .  
 ana  
  
 ac  
  
 au-

QK 2624

Gaudia sed reperit nunc, cum TE JANE-GEORGI  
 QUARTE, Electorem consistit esse sumum.  
 Concipit & magnam sponsum TE, Symbolon audit  
 Quidam, quod in cello pectoris & ore gerit:  
 Fove solus ter-magni Gloria sola est.  
 Quam parcam, Donec spiritus tuus erit.  
 Sanctissimo propositum Patris! illa recantat,  
 Dicitur semper perfectior opes!  
 Saxonibus David, Salomon, sic & Josephus!  
 Sub Thebescent Religio & Regio!



nc



Handwritten text on the left edge of the page, possibly from the adjacent page. The text is mirrored and includes words like "Con", "F", "D", and "2".

Handwritten text at the bottom right of the page, possibly a signature or initials, appearing to read "H. A. M."







Q. XIV, 6

ELEC

S Y


Cum expo  
dis

L. G

Schriftfassicar  
fenseensi, Sa  
Insp

QVo Ioh  
Enslfer

In Officin



Vc  
624

XON  
UM

LA

A, : ilanigrati

i variis, jucun-  
& edita

EISSII,

in Ephoria Weif-  
Saxo-Electoralis  
Pastoris;

artVs, SaXo  
perè agebat

Omnis nos et  
Xpoc, per pe

n. exscribebat

29

